

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ornatus c  
cum fonte primo

Quanta amencia est effigiem mutare  
nature picturam querere?

*Quanta hic amentia effigiem mutare  
naturae, picturam quaerere, et dum  
uerentur maritale iudicium, perdere  
suum? Prior enim de se pronuntiat, quae  
cupit mutare, quod nata est: ita dum alii  
studet placere, prius ipsa sibi  
displicet. quem iudicem, mulier,  
ueriorem requirimus deformitatis tuae,  
quam te ipsam, quae uideri times? Si  
pulchra es, quid absconderis? Si  
deformis, cur te formosam esse mentiris,  
nec tuae conscientiae nec alieni gratiam  
erroris habitura? Ille enim alteram  
diligat, tu alteri uis placere, et irascaris,  
si amet aliam, qui adulterare in te  
docetur. Male magistra es iniuriae  
tuae. Lenocinari refugit etiam, quae est  
passa lenonem, ac licet uilis mulier, non  
alteri tamen, sed sibi peccat.*

Tollerabiliora prope modum in adulterio  
crimina sunt; ibi enim pudicitia, hic  
natura adulteratur.

*Tolerabiliora propemodum in adulterio  
crimina sunt: ibi enim pudicitia, hic  
natura adulteratur.*

Augustinus.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina  
Christiana*, 4, 21 (CCSL 32, K.D. Daur  
& J. Martin eds., pp.156-7, ll.151-164).  
[originaliter: Ambrosius Mediolanensis,  
*De uirginibus*, 1, 6, 28]